



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 52. Theologorum colloquium Ratisbonæ habitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Hisce literis Landgravius fidem attribuit, hosque rumores de bellico Cæsaris apparatu mere inanes fuisse credit, quamvis plurimis ex locis eisdem ejusmodi fama ad ejus aures pervenisset, non sine veritatis specie; quippe Cæsar reapse eo unice intentus erat, ut Protestantes tranquillitatis fiducia falleret, ampliusque temporis spatium nancisceretur, intra quod cuncta disponeret, quæ ad eos armis in obsequium revocandos necessaria censeret (*).

Sæc. XVI.
A.C. 1546.

§. LII.

Theologorum colloquium Ratisbonæ habitum.

Quamvis Germaniæ res ad bellum spectare viderentur, nihilominus Imperator colloquium, quod Decreto in nuperis Wormatiensibus Comitibus edito sanxerat, sollicitè urgere haud destitit, hancque in rem Ratisbonæ ablegavit qua-

*Sleidam. l. v.
p. 555.*

*Cochl. in act.
& script.
Luth. anno
1546. p. 313.*

(*) Perperam Continuator Sleidani, quem totum descripsit, verbis de suo addidit, quod Carolus prior arma in Protestantes convertere molitus sit, cum tamen ipse lib. CXXXII. §. 87. p. 569. recenset, quod Protestantes jam ante septendecim annos contra Cæsarem Smalcediæ bellum adornarint.

Sæcul. XVI. quatuor Theologos, Petrum Malven-
 dam Dominicanum natione Hispanum,
 A.C. 1546. Eberardum Billicum Doctorem ex Or-
 dine Carmelitarum, Joannem Hofme-
 sterum Augustinianum, & Joannem
 Cochlæum, quibus omnibus erat injun-
 ctum, ut cum aliis quatuor Theologis in
 arenam descenderent. His tanquam
 Auditores adjungebantur Georgius Lo-
 xanus, Caspar Caltentalus, Georgius
 Ilfingerus, & Bartholomæus Latomus,
 nec minus ex Protestantium Theologis
 aderant Bucerus, Brentius, Georgius
 Major, & Erardus Schnepfius, qui de
 sua secta Catholicis rationem redderent:
 itidem vero Auditorum partes agebant
 Volratus, Comes Waldeccus, Balthasar
 Gultlingus, Laurentius Zochus Juris-
 consultus. Porro præter destinatum
 numerum pro Catholicis etiam accesser-
 rat Ambrosius Pelargus Dominicanus,
 Protestantes vero omnino tres submiser-
 rant, qui erant Joannes Pistorius, Marti-
 nus Frechtus & Theodorus Witus. Præ-
 terea duos hujus colloquii Præsides no-
 minabat Cæsar, Mauritium Huttem
 Euchstadiensem Episcopum, & Frideri-
 cum Comitem Fürstenbergium, quorum
 primus jamjam prima Januarii, alter ve-
 ro paucis post diebus Ratisbonam vene-
 rat, postquam ceteri Theologi jam an-
 tea una omnes eo convenissent.

§. LIII.